

# IN CERTAMINA ET CERTATORES,

## CAPUT I.

ARCHII, in quatuor Certamina.



Vatuor sunt certamina in Graciâ, qua-  
tuor sacra,

Duo quidem mortaliū, duo verò  
immortaliū.

IOVIS, Apollinis, Palæmonis, Archemori.

Præmia verò illorum olea, poma, apium, pinus.

DIOTIMI, In Herculem & Antæum.

Juventam suam in certamine luctæ fortis exercuit,

Et Neptuni, & Iouis progenies.

Proposita autem illis est pugna non ob æneum lebetem  
Sed uter vitam auferat, aut mortem.

Antæi fuit ruina. Fas enim est Herculem vincere

Iouis filiū, Argivorū enim lucta est, non Libycorū.

ANTIPATRI, In Ariam.

Cursor in stadio Arias Meneclis filius, non redarguit

Persea conditorē tuum, ô Tarse, civitas in Ciliciâ.

Adeo enim illius juvenis volucres pedes. Neq; ipsi

Vel ipse Perseus tergum demonstrasset currens.

Aut enim in carceribus, aut metâ vidit aliquis ultimâ

Illum juvenem. medio autem nunquam in stadio.